



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 21. Imperator Papæ scribit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

eum duos Episcopos, qui Neophytum Sæculum VI.
perverterent, quibus ille dixit: *Modo A. C. 514.*
Epiſtolæ mibi redditæ ſunt, in quibus ^{Theoph.an.}
nunciatur, S. Michaelem Archangelum ^{22. p. 137.}
fatis functum eſſe; cumque ipſi respon-
derent, Rem hanc eſſe imposſibilem, ad-
didi: *Quo igitur pacto JESUS Christus*
ſi purus Deus fuit, & Naturam Huma-
nam non habuit pro nobis crucifixus eſt,
cum nec Angelus mori poſſit? His rubo-
re ſuffuſos dimiſit.

§. XXI.

Imperator Papæ ſcribit.

Interea Vitaliano omnia proſpere pro- ^{Theoph.an.}
cedebant. Is armis arreptis multas ^{23. Marcell.}
Imperatoris copias delevit, pecunias & ^{Chr. an. 51.}
arma Anastasi exercitibus destinata oc-
cupavit, & Nepotem ejus Hipacium ce-
pit. Tandem Thracia, Scythia, & Mœ-
ſia in potestatem redactis ante urbis Con-
stantinopolitanæ portas caſtra poſuit.
Tunc vero Imperator Anastasius rebus
desperatis emiſit ad Vitalianum Senato-
res, qui Pacem poſcerent, & ſuo nomine
promitterent, ſe Episcopos Exules revo-
caturum. Vitalianus ante omnia con-
ditionem praescripsit, ut Macedonius
Constantinopolitanus, & Flavianus An-
tiochenus, ſuis ſedibus redderentur. Con-
cilium Generale congregaretur, cui Pa-
pa intereffet, & tot in Catholicos ad-

Hift. Eccles. Tom. VII.

S missa

Satulm VI. missa facinora examini subjicerentur.
A. C. 515. Cum in has conditiones Imperator, Se-
 natus, & Magistratus jurassent, Vitalia-
 nus militem abduxit, & Hipacium Ana-
 stasi Nepotem libertati restituit.

To. 4. Conc.
p. 1420.

Ut inita paætia impleret, Imperator
 Anastasius ad Hormisdam Papam 12. Jan.
 anno 515. Anthemio, & Florentio Con-
 sulibus litteras dedit. Initio diuturnum
 silentium excusare conatur, causam in
 Pontifices ipsius Antecessores rejiciens.
 Deinde Hormisdam rogat, ut in Scythia
 turbis extinguedis, propter quas con-
 vocanda Synodus, Conciliatorem agat.
 Hanc Epistolam Romae Patricius 27. Mar-
 tii reddidit. In alia Epistola Anastasius
 dicebat, Concilii locum fore Heracleam
 Civitatem in Europa, scilicet in Thracia,
 rogabatque Papam, ut prima Julii illius

Ep. 2. & 6. anni 515. illo se conferret. Papa dedit
 Responsum, létitiam professus, quod Im-
 perator tandem triste silentium rupisset,
 promisitque ampliores ad eum se datu-
 rum Epistolas, postquam causam &
 materiam convocandi Concilii sciret.

Ep. 4. Hæc Epistola 4. Aprilis 515. data. In
 altera data octava Julii promittit Ponti-
 fex, missurum se brevi Episcopos cum
 Mandatis. Vitalianus quoque Legatos
 ad Papam miserat, atque Theodoricus
 Rex Italæ eidem instabat, ut Constan-
 tine-

tinopolim Legatos mitteret. (*) Itaque Sæculum VI.
Hormisdas, postquam hac super re in A.C. 515.
aliquo Concilio fuisse deliberatum, En-
nodium Episcopum Ticinensem, editis Lib. Pont. in
libris celebrem, alium Episcopum, cui
nomen Fortunatus, Venantium Presby-
terum, Vitalem Diaconum, & Hilarum
Notarium in Græciam delegavit. His Theoph.an.
Papa mandata dedit, quorum initium 23.p.137.
hujusmodi est.

Hormisd.

§. XXII.

Pontificis Mandata Legatis data.

*Ubi in Græciam pervenietis, si Episcopi
vobis obviam processerint, eos decenti
humanitate excipite. Si vobis Diverso-
rium præparaverint, non recusate, ne Lai-
cis videamini Pacem non quærere. Si ad
mensam vos invitaverint, honestam excu-
sationem afferte dicentes: Orate Deum,
Fratres! ut ante omnia alia in Mensa
Mystica communicemus, & tunc demum
in convivio communi sincere lætabimur.
Alia si obtulerint, nolite accipere, nisi
vehicula, si fuerit necessarium. Dicite,
vobis nihil deesse, & sperare vos, etiam
corda ipsorum lucraturos. Postquam ur-*

p. 1426

S 2 bem

(*) Wie hat unser deutsche Uebersezer können
hinschreiben die Morgenländer hätten sich um die
Hoheit des Römischen Bischofes nicht beküm-
mert?